Pſalm. 41. ad quos inſtar ſerui iuſtus anhelat Pſalm. 41. Sed
Ioan 4. clarius nihil eſſe poteſt, quàm D. Ioannis locus
c.4. vbi Chriſtus Samaritanam alloquens ait; *Si*
ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi
bibere; tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam
Ibid. 7. *viuam.* Et c. 7. *flumina aquæ viuæ fluent*, quæ ipſo
teſte Ioanne Spiritum Sanctum ſignificat, quem
Ioël. 2. accepturi erant; vnde Ioël. 2. aquæ effuſæ Spiri-
tuſſanctus ſimilis innuitur; *effundam de Spiritu*
ad Titum 3. *meo*, idémque habetur ad Titum 3.

Spirituſſanctus eſt aqua purgans. At verò Spirituſſanctus aqua dicitur, quia ſicut
aqua ſordes corporis eluit, ita Spirituſſanctus ma-
culas animæ: vnde Luc. 3. *Baptizabit vos in Spiritu*
Luc. 3. *ſancto*: qui non tantùm ſordes abluit, ſed gratiæ
pulchritudinem imprimit, qua naturæ diuinæ
conſortes efficimur 2. Petri. 1. Vnde Pſaltes diuina
2. Petri 1. lotione credebat ſe niue candidiorem euaſurum,
quia præter naturalem mundiciem, ſupernatura-
Cantic. 1. lem à Spiritu ſancto accipimus: Ideóque cantic. 1.
bis dicitur de ſponſa, *tu pulchra es*. Ita verò laua-
Ioan. 14. Math. 10. mur à Spiritu ſancto, vt in nobis remaneat, Ioan.
14. *apud vos manebit, & in vobis erit*: adeout opera
Aqua & Spirituſſanctus conferuntur. noſtra ei tribuantur Math. 10. Non eſtis vos, qui
loquimini, ſed Spiritus patris veſtri, qui ad Rom. 8.
Ad Rom. 8. *poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*: & *opera-*
1. ad Theſſal. 2. *tur in ijs, qui crediderunt*, 1. ad Theſſal. 2.

Deinde ſi fœcundam terram, & arbores aqua
1. facit, quanto magis animas Spirituſſanctus, adeout
Ad Galat. 3. fructus illius ad Galat. 5. ſint charitas, gaudium,
patientia, cæteræque virtutes, quibus in toto or-
be melius nihil eſſe poteſt: hîc eſt Spiritus, qui 1.
ad Cor. 12. omnia operatur, quantumcúnque va- 1. ad Cor. 12
riæ ſint gratiarum diuiſiones; at vitam arboribus 2.
ablatam aqua non reſtituit, & tamen *Spiritus eſt*;
qui viuificat Iohan. 6. aqua ſupponit in arboribus Ioan. 6.
virtutem producendi, hanc autem virtutem Spi- 3.
rituſſanctus affert, *nec enim ſumus ſufficientes aliquid*
cogitare ex nobis, 1. ad Cor. 3. Aqua non mutat fructus 2. ad Cor. 3.
arborum, Spiritus immutat fructum animæ, vt 4.
qui fructificabat morti, fructificet Deo, ad Rom. 7. ad Rom. 7.
Denique ſitim extinguit aqua, ſed ſitiẽdi facultatẽ 5.
non tollit, *nam qui biberit ex aqua hac*, inquit Chri-
ſtus de naturali aqua, *ſitiet iterum*: *qui autem bibe-*
rit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum,
ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitã æternam. Minus
autem cautè dixit Venetus aquam elementarem
non eſſe principium regenerationis cum Spiritu Vis aquæ baptiſmalis.
ſancto, id enim contra Baptiſmi vim, & Chriſti
Domini verba pugnat, niſi quis renatus fuerit ex
aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum
cœlorum: enimuerò Theologi docent aquam ad
animæ ſanctificationem in baptiſmo concurrere
tanquam inſtrumentum, quo Spirituſſanctus vti- Inſtrumentum diuinitatis coniunctum, vel ſeparatum quid ſit.
tur: vocántque Sacramentorum materiam & for-
mam, vel ipſa ſacramenta, ſeparata inſtrumenta:
non enim alicui diuinæ perſonæ iunguntur per
vnionem hypoſtaticam, vt Chriſti Domini hu-
manitas, quæ propterea inſtrumentum coniun-
ctum diuinitatis appellatur.

PROBLEMA CXXXI.

1. SI aqua eſt tam ſalubris, cur per ipſam Deus mundum puniuit? An quia aqua ſa-
2. lubris eſt diuina, hæc autem ſuffocans eſt elementaris? An quia eadem aqua be-
nefacit, & nocet, ſicut de Chriſto Simehon prophetauit, dicens: Ecce poſitus eſt Luc. 2.
hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum in Iſraël. Quemadmodum etiam Deut. 32.
de ſeipſo ait Deus, Ego occidam, & ego viuere faciam; percutiam, & ſanabo.

PROBLEMA CXXXII.

1. QVIS apparuit Abrahæ ad oſtium tabernaculi in conualle Mamre? An fuit Deus, Gen. 18.
CAPVT XVIII. & tota Trinitas? Scriptum eſt enim: Cúmque eleuaſſet oculos aparuerunt ei tres
viri ſtantes propè eum. An fuerunt (vt Hebræi dicunt) tres Angeli, Michael vi-
2. delicet, Gabriel, & Raphael: quorum vnuſquiſque perſonam aliquam ſanctiſ-
ſimæ Trinitatis repræſentabat, ſecundum conuenientiam ſapientibus notam? Hinc, quia
Verſiculus 1. & 2. omnes tres illi vnum Deum, quamuis in tres perſonas diſtinctum referebant, Abraham
adorabat vnicum Deum, quem ipſi repræſentabant. Et aliquando in plurali loquebatur,
repræſentantibus videlicet dicens: Confortetur cor veſtrum, & poſtea tranſibitis.

PROBLEMA CXXXIII.

SI Deum cognouit mittentem, & Angelos miſſos, cur præparauit panes & car-
1. nem in cibum? An vt ſatisfaceret naturæ humanæ, in cuius forma ipſi appa- Gen. 22.
ruerant? An vt re ipſa comederent? Sicut etiam comedit Chriſtus poſt re-
2. ſurrectionem, *quando iam naturam ſpiritualem aſſumpſerat, & in Angelum muta-*
tus fuerat, iuxta illud, Et erunt ſicut Angeli Dei. An (vt ad figuratum veniamus) Luc. 24.
3. quia ſicut Deus oblectatur odore ſacrificiorum (prout ſcriptum eſt: Odoratúſque eſt Do- Math. 22.
Verſiculus 5. minus odorem ſuauitatis (ſic paſcitur etiam obſequio charitatis impenſo? iuxta illud Salua-
toris, Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis? Præmiſerat enim, Eſuriui enim, & Gen. 8. Math. 25.
dediſtis mihi manducare.